similia et ponat̄ sup locū et stringat̄. Et de bo-
nis pueniētib⁹ ad vltimū multoties ē vt sumat̄
cymīnū et calx et ponatur super locum et strin-
gatur. et q̄nqz supaddit̄ eis colcotar. et genera-
dragātī i hac sūma sūt bñtia stipticitatē cū cau-
terio. Calx vero est cauteriū i quo nō ē stiptici-
tas de qua sit curādū. et illud quod generat̄ de
escaris cū cauterio i eo quod h̄z stipticitatem ē
longioris fixationis et p̄fundi⁹: z succ⁹ fimi asini
ni z s̄ba stercozis asinini sunt de illis q̄ aggre-
gant ad cauteriū acuitatē z glutinationē.

C Dic Aui. ponit q̄sdā medicinas cauterizātes. z ostē-
dit ēt cū hoc q̄ medicina cauterizās est melior. Et dicit. Et
de cauterizantib⁹ bonis tēperati regimīs hoc est. qz nō ē
multū forte. vel expone tēperati regimīs. qz illud est me-
dicamē cōmixtuz ex medicis viscosis z glutinatis. z ex
medicis causticis. vñ est sicut tēperamētū inter illa duo.
Et q̄nqz addit̄ eis colcotar. Aui. ostēdit q̄ medicina cau-
terizatiua est melior. z vult dicere q̄ cauteriū cuz quo est
stipticitas est melius. Et rō h̄ est. qz p̄s mozat̄ escara sup
locū q̄n est ex medicina stiptica cauterizatiua. quāto aut̄
p̄s escara stat super locū tāto est meli⁹. qz caro ḡnat̄ tunc
p̄s q̄ cortices cadant. mō cauteriū qd̄ fit ex calce est for-
tius ceteris. vt dicit Sal. q̄nto de ige. nō t̄n est stipticus. iō
cortices quos ḡnat̄ sup vuln⁹ cito cadēt. s̄z calcātū z zegi-
stipticitatē h̄nt cū cauterio. z ideo meliora sunt z debent
cum alijs administrari. Tunc sequitur illa pars.

C Medicine vero resistētes cōglutinatiōe sunt
sicut gypsum ablutuz z glutinum decoctuz: z

amillum: z puluis molendini: z gūme: z tus:
z resina: z iterum passe de vuis ipsis. Et ra-
ne sunt huius generis s̄m q̄ dicitur: et iterum
stella senis.

C In qua pte Aui. determinat de cā retentiva flux⁹ sāgui-
nis q̄ fit p̄ inuiscationē z glutinationē. z nō facit aliō Aui.
nisi qz cōnumerat aliquas medicinas q̄ cōglutināt z iui-
scant. z thus. per thus Aui. intelligit hic thus gummo-
sum z album. In thure enim sunt tres ptes. est eniz thus
gummosum z albus qd̄ est grossus. z est ibi thus qd̄ est mi-
nutum qd̄ priusqz teratur ex cribello ceciderit vt Sal. di-
cit. i. z. particula de ingenio sanitatis. z est ibi cortex thuris.
modo thus grossum gūmosum est minus desiccatum z
stipticum q̄ puluis thuris z cortex eius. Et ppter hoc di-
cit Sal. in q̄nta particula de ingenio. q̄ cuz vis medicamē
oppilatiuum z viscosum facere elige thus gūmosum z al-
bum: qd̄ dentibus non frangitur cū ipsis cōp̄imitur sed
glutinari vidēt sicut mastix. qz ergo hic Aui. ponit medi-
cinas glutinatas z viscosas. ideo ponit iter eas thus in-
telligens per thus: thus gūmosuz album. sed inferius po-
nit corticē thuris. qz ibi ponit medicinas desiccatas. cor-
tex aut̄ thuris z puluis ei⁹ magis desiccatus z stiptici sūt
q̄ thus. Tunc sequitur illa pars.

C Medicine vero retinētes cuz exiccatione et
incarnatione sunt sicut aloes: et cortex turis: et
sicut iteriora passularum vne cōtrita valde. et
galle cum oleo aliquo. et comburant̄: et quan-
do completur inflāmatio earuz extinguantur:
et papyrus adustus et resina: et scorzia ferri: et
stercus eq. et stercus asini adusta: et cinis ossiū
non ablutorum: quoniā abluta p̄hibent gluti-
nationez: et spōgia noua submersa in oleo aut
vino: deinde aduratur: et pili adusti.

C In qua parte Aui. determinat de causa retentiva flu-
xus sanguinis que fit per exiccationē z incarnationez. qz
ambo hic faciunt vnum moduz vt dictum fuit p̄us. z nō
facit aliud Aui. nisi q̄ ponit aliquas medicinas hec ba-
bentes facere: quarū vna est sicciōz alia. z hoc facit reser-
ctu ad cōclusiones diuersas. qz in corpore sicco competit
medicina magis sicca. in corpore autem humido minus.
z ratio huius apparet ex prius dictis. z patet quod dicit.

C Tunc sequitur illa pars.
C De narratione medicinarum simplicium z composita-
rum specierum diuersarum fortium in prohibitione flu-
xus sanguinis. CAP. XVIII.

L de illis que dixit Sa. z narravit be-
ne z experta sunt post ipm z inuenta
sunt plurimi iuuamēti est vt sumatur
de colcotar. xx. et de minuto ture. xvi.

et de aloe et glutino sicco ana. viij. et de arseni-
co. liij. et de gypso vebemēter trito pulueriza-
to vt atomi post cribellationem. xx. curet̄ cum
eo puluerizando super licinia et spargendo su-
per locum: quoniā est mirabile. aut sumat̄ sar-
cocolla de mecha et aloes et sanguis dra. et po-
natur super liciniū et stringatur et aloes et tus
solum cum pilis s̄m q̄ sciuiti. et iterum spon-
gia adusta sicut dixim⁹ et later adust⁹ sumant̄
spongia z scorzia pl̄sibi z turia z aloes: aut su-

manēt tus & aloes & sulfur aut tus & sulfur: & fiat puluis: aut administret licinium cuz albumine oui: aut sumat de colcotar. xx. & de ture aut minuto turis. viij. & resine. viij. & de gypso adusto. viij. aut sumatur colcotar & de gypso: adusto. viij. Aut sumatur colcotar eris vsti & calcadis & dragāti adusti ptes equales. Et de bonis ad fluxum sanguinis & pprie ex draganto est vt sumat aloes pars. i. & .s. primū amborum in corpore graui: & fm eorū in corpore leui & corticū turis in corpore graui. dragma. i. & turis ipsius grossi pinguis in corpore leui ps .i. sint cōtenti super ea ambo: aut sanguis draconis. & sarcocolla conficiantur cum albumine oui & ponantur super pilos leporis. & preparentur fm locum.

In qua parte Auicē. postq̄ determinauit de omnibus causis & modis retentiuis fluxus sanguis determinat siue narrat quasdam medicinas & simplices & cōpositas valētes ad fluxum sanguinis: quarū quedā sunt cauterizātes. quedam aut non. & de illis etiā vna est magis sicce cōplexionis q̄ alia. & hoc facit habendo respectum ad diuersa corpora. narrat ergo quādam medicinas que est cōposita ex medicinis cauterizantib⁹ & medicinis incarnatiuis. p̄z quod dicit aut sumat sarcocolla &c. Iste sunt medicie &c. cōglutinatiue & incarnatiue aloes & thus cum pilis. s. leporis madidatis in albumine oui fm q̄ sciuiti supple ē medicina bona ad retentionez fluxus sanguinis. Est autē bic aduertēdum de hac medicina que fit ex thure aloes q̄ est medicina fm q̄ Hal. dicit quinto de ingenio laudabilior omnibus alijs ad restringendū fluxum sanguis. & docet ibi Hal. qualem substātiāz debet habere. & etiā modū compositionis eius quantū ad pondus suarū partiu. Dicit enim q̄ ista duo puluerizata cum albumine oui temperentur & ad mellis spissitudinē veniant & in vellere leporis inducta super vulnera imponant: ita tamen vt multe quātitatē sint: deinde ligamentūz quater vel quinque in loco vulneris inuoluat. & tunc Hal. ostendit modū cōpositionis ipsius. Dicit enim. verū hanc medicināz diuerse facio. nam aliquando pono partem vna. aloes & duas thuris aliquādo equale pondus. aliquādo vero duas partes aloes & vnam thuris. nam in corporibus siccis & membris siccis maius pondus aloes inducat in humidis vero ecōuerso. in medys vero equaliter. Item aliquādo vice pulueris pono puluerem & cortices eius. nam puluis thuris & cortices eius stipticiores sunt thure. thus tamen melius est in inuiscando & cōglutinando. Et ideo cuz vis medicamen viscosum & oppilatiuūz facere elige thus gumosum & albus. & maxime etiāz cum vis hoc facere in corporibus lenibus. Sed cum vis medicamen stipticum & maxime desiccatiuūz facere sicut in fluxu sanguinis ex artaria. quia artaria indiget magis siccis & stipticis q̄ vena pone puluerem thuris & corticis eius. & maxime si etiāz hoc fit in corporibus duris & siccis. Et addit Halie. q̄ ideo de hac medicina prolixē disputauit: quoniam meliores inuenire nullatenus potui. miroz quoq̄ si aliquis eā inueniat meliorem. vidiq̄ cum ea sanguinez de pelliculis cerebri fluentem semper curari: & cum qui de vulnerib⁹ colli fluebat. illum etiā qui de faucibus egrediebatur nullū in eis ligamen imponens. Et de bonis ad fluxū sanguinis proprie ex draganto quod est ex medicinis causticis est vt su-

matur draganti aut aloes pars vna. & .s. p̄mum amborū in corpore graui. & 2^m eorum in corpore leui. Doc dictū potest dupliciter exponi. vno modo sic. p̄mum eorum. s. dragantum supple sumatur in corpore graui. s. in corpore sicco. & 2^m eorum puta aloes supple sumat in corpore leui idest humido. Et ratio huius est. qz medicina sicca competit corpori sicco. & minus sicca corpori humido. mō dragantum est siccius aloes. Alio modo potest exponi vt referatur hoc ad pondera. & exponitur sic. p̄mū eorū idest p̄mum pondus istarū medicinarū. s. que est pars vna sumatur in corpore graui. & scdm eorū idest scdm p̄dus quod est pars media sumatur in corpore leui. vnde si vis administrare dragantum: vt quando. s. vis facere medicinam causticam & componere eam cum thure administra partem. i. ipsius in corpore sicco. sed in corpore hūido administra partem. s. & thuris partem. i. Si autem vis administrare aloes & thus: vt quia velis facere medicinam incarnatiuam & conglutinatiuam: tunc administra aloes in corpore sicco partem. i. sed in corpore humido partem. s. & causa hui⁹ apparet ex dictis. & corticis thuris. supple sume cum medicinis predictis in corpore graui. idest sicco partem vna. thuris ipsius grossi pinguis in corpore leui. idest humido pars vna. Et causa huius est. quia cortex est sicci⁹ thure vt dictum est. & ideo in corpore sicco competit cortex. in humido autem thus. sint contenti semper ea ambo. idest sint contenta ambo corpora. s. & sicci⁹ & lene. & ex tali compositione medicinarū siue velis facere medicinam causticam: siue velis facere medicinam glutinatiuam. & viscosam. quia in ytroq̄ corpore fit cōpositio medicinarū respiciendo complexionem naturalez ipsorū. aliud quod Auicē. dicit patet &c.

Explicit tractatus secundus de vlceribus. Incipit tractatus tertius de vlceribus.

Sermo vniuersalis de vlceribus. CAP. I.

Vlcera generantur a vulneribus & ab exituris eruptis & a pustulis: & solutio cōtinuitatis in carne quādo facit saniem & pus nominatur vlcus.

In precedētibus tractatibus Auic. docuit modū curatiōis solonis cōtinuitatis q̄ est attritio & cōtusio & silius ipsi fm q̄ accidūt in membris carnosiss. In pte ista q̄ est tractat⁹ tertio. sen q̄rte dat mōz curatiōis solute cōtinuitatis in mēbris carnosiss q̄ dicit vlcus. Et diuiditur hec pars in ptes duas. In p̄ma parte determinat de vlcere ostēdendo modū generatiōis eorū & differētiāz & diuersitates q̄ in eis cōtingūt. in scda docet modū curatiōnis eorū fm oēs illas diuersitates. scda ibi (Scias q̄ oia vlcera idigent exiccatoe quadā) p̄ma in duas. p̄mo ponit modū fm quē generant vlcera & causas eorū. oñdit et quid est vlc⁹. scdo oñdit diuersitates q̄ cadūt in vlcere & causas et accidētū quorū dā q̄ in eis cōtingunt. & ibi (Et vlcera sunt apparētia & sunt habētia pfunditatē) p̄ma in duas. p̄mo ostēdit cās & modos generationis vlcere. & ostendit etiāz quid est vlcus. secundo. quia ad vlcus consequitur sanies & pus ostendit causas propter quas generatur pus & sanies in vlcere. secunda ibi (Et non facit pus &c) Circa p̄mam partem intelligi debet vt habeatur intentio Auicē. q̄ differentia est inter vuln⁹ & vlcus. qz vuln⁹ dicit esse solo cōtinuitatis sensibilis: cū nondū sit in ipso gñatio saniei. s. vlcus dicit esse solo cōtinui manifesta & sensibilis: cū in ipsa sit generatio saniei large sumēdo sanie siue sit bona & laudabilis siue mala. s. vlc⁹ dicit esse solutio cōtinuitatis manifesta. & iō vulnus dicit cōmuniter

super hā medici
na vide gal. 5.
inge. & dicit
libro de missio
ne sanguinis
cap. 23. & quid
cap. de fluxu
sangu. vena. &
arteriaz. & n.
res fama in pro
hibitione fluxu
sangu.

solo p̄tinui ex recēti tpe facta absq; q̄ ibi sit aggregatio sanie. vlcus autē ē solo p̄tinui. vbi gr̄a. sic q̄n̄ iā in vulnere pp̄ aliq̄d acc̄is fit aggregatio hūiditatis q̄ solidationē ei' p̄hibz. z hic ē ēt q̄ vulnera trāseūt in vlcera: nō autē ecōuerfo. Ex q̄ vltēri' manifeste appz q̄ cuz gn̄atio sanie fiat ex aliq̄ mā defluēte ad mēbz. vel aggregata in mēbro q̄ p̄fecte cōuertī nō pōt. Ista autē mā cū disruptiōe carnis eē nō pōt nisi aut in vulnere aut in apate qd̄ aggregat saniez. qz tunc in ipso sc̄a est manifesta disruptio in carne aut cū humorib' acutis ex gbus accidit carnez corrodī z dissolui ex gbus humoribus fiūt pustule corrosiue. hoc ē qd̄ Auicē. dicit. vlcera trā gn̄ant ex trib'. s. aut a vulnerib' aut ab exituris cū sunt corrupte aut ex pustulis supple a qb' accidit ambulatio z corrosio in mēbro: q̄lia sunt pruna z ignis p̄ficius z silia. z illud cōcordat ei qd̄ ipse dixit ēt in 2^a sc̄n. p̄mi canōis. q̄ cāe vlcēriū aut sunt apata q̄ aperiunt' aut plaga aut botbor q̄ se comedūt ex qb' vltēri' manifeste appz q̄ vlcera a cā p̄mitina imediate gn̄ari nō pōt sic vulnera. qz in p̄mo occurū cāe disruptiōe solone p̄tinui nō est pole sanie gn̄ari. s. vlcera oia gn̄ant a cāis corporeis. ¶ Sc̄do vltērius appz q̄ in vlcērib' p̄pe dēis semp̄ ē aliqd̄ cū solutiōe p̄tinui p̄iunctū qd̄ idicat diuersuz modū curationis a curatiōe q̄ debet soloni p̄tinui. vñ est solo p̄tinui. s. cū vlcēribus nō est alia dispō cōiuncta q̄ idicat aliud medicamen debere administrari qd̄ sit alteri' nāe ab illo qd̄ curat solone p̄tinui. z p̄pterea vuln' cū q̄ ē depditio carnis cuz solū in eo itēdit gn̄atio carnis adhuc d̄ vuln'. Lū autē pp̄ aliq̄d acc̄is accidit mltiplicari hūiditatē in loco rōne cui' cōuenit postea sibi mūdificatio z absterisio q̄ nō cōperit solutiōi p̄tinui vñ solo p̄tinui est d̄ vlc'. ¶ Et p̄pterea est intelligēdū vltēri' q̄ vlc' nō imerito pōt dici solo continui manifesta p̄posita. vuln' autē solo p̄tinui simplex manifesta. simplex nō qdē: qz in ipō nō possit cadere p̄positio alterius morbi. qm̄ in vulnere a quo sc̄a ē depditio carnis p̄p̄icōne est p̄pō alteri' morbi: sic dicit Hal. in teg. z 3^a de ige. sani. s. d̄ simplex: qz pp̄ talē p̄pōne nō idicat diuersuz modus medicaminū administrari debere. nā s. pp̄ p̄pōnem sit ibi diuersa itētio: hāc trā diuersaz itētione vñ modus medicamē p̄plet. Vlc' autē d̄ B mō eē solo p̄tinui cōposita. z p̄pterea sub tractatu vlcēriū p̄prehendit modus curationis fistulaz cauernarū z vlcēriū putridoz. z vlt' oīuz cum gbus alia dispō ē p̄iuncta: rōne cui' iudicat diuersuz medicamē administrari debere. z hec ē itētio Auic. si quis subtilr aduertat. 4^a sc̄n. p̄mi canōis ca: de solone p̄tinui. Ista etiā p̄nt ēt̄i ex his q̄ dicunt 3^a z 4^a de ige. sani. Et p̄ p̄pleta de claratiōe istoꝝ recurras ad scriptū qd̄ ibi fecimus putans nō min' eē vtili' isto. Sc̄do itellige q̄ qm̄ Auic. dicit. z qm̄ facit sanie z pus noiaē vlc' q̄ sanies vñ h̄ referri ad sanie m laudabilē: pus at referi ad illaudabilē. Vex ē q̄ aliqui auctozes cōiter vtroq; mō vtunt' ad vtrūq;. Deide cuz dicit. ¶ Et non facit pus nisi p̄pterea q̄ cibus qui venit ad ea cōuertitur ad corruptionē p̄pter debilitatez membrū: z quoniā p̄pter debilitatē suā resolutur ad ipsuz z attrahuntur versus ipm̄ superfluitates membrōꝝ vicinantī ei: aut propter vnguēta mollificantia membrū z limētia ipm̄ cū hūiditate sua z vinctuositate sua. ¶ In ista pte qz i vlcērib' gn̄atur sanies aut pus oñdit causā p̄ q̄ gn̄atur sanies et pus in vlcērib'. z duo facit. p̄ponit cāz gn̄alē pp̄ quā gn̄atur sanies in vlcere. z in sp̄ali oñdit cāz gn̄atiōis sanie illaudabilis: z oñdit diuersitates q̄ in ipa p̄tingūt. z^a ibi. (Et q̄ ē de gñe pus subtile rē.) ¶ Circa p̄mā pte est intelligēdū q̄ duplicē ponit cām p̄ quā sanies generatur in membro. vñ qdē cāz ponit q̄ ē sic p̄nci

palis cā. aliā vō cāz ponit sic coadiuuantē ad B. Cā qdem p̄ncipalis ē debilitas vtutis nutritiue. q̄ qdē pp̄ duo est cā gn̄atiōis sanie. nā in sanie duo p̄tingūt vel p̄currūt. vñ qdē est hūiditas que subycit p̄ mā ipsa. sc̄dm est alteratio diminuta cū putrefactiōe p̄mixta. nūc autē debilitas virtutis est cā q̄re multiplicētur in mēbro hūiditates iqtū debilitas mēbz est cā vt ad ipz expellanē supfluitates aliorum mēbroꝝ. inqtum ēt est cā vt in ipso mēbro detineat supfluitas nutrimenti. z inqtum etiā est cā vt nutrimentū totū qd̄ venit ad mēbz nō possit p̄m sui totum cōuertī in ipm̄. vñ remanēs in ipso multiplicanē humiditates in eo. Debilitas autē vtutis est cā vt in tali hūiditate p̄fecta non fiat p̄uersio. z qz pp̄ debilitatē hūiditates q̄ fiunt in membro nō pōt regi p̄fecte a calore nāli cōuenit q̄ in talib' humiditatib' insit calor extrane' pp̄ quē aliqs modus putrefactiōis existat ex quo cōuenit q̄ hūiditates in sanie p̄uertant'. cā autē coadiuuās ad gn̄ationē sanie ē medicina mollificans z lenificans membrū cum humiditate z vinctuositate. hec enim coadiuuant ad hoc vt humiditas contenta in membro efficiatur sanies propterea quia saniatio vt dictum est cum quadam putrefactione consistit. putrefactio autem sicut dicitur quarto de ingenio sanitatis fit cū calido z humido. quia que putrefiunt vt sic sunt calida et humida propter qd̄ cuz talia medicamina caliditate z humiditate participant disponunt humiditatem vt in ipsa inducatur alteratio que in generatiōe sanie cōcurrit. z hoc est qd̄ dicit Galienus quarto de inge. sanitatis. qd̄ in vlcēribus cōfusiuis in quibus sanies debet generari tetrafarmacum z omnia calida z humida in eis sanie festinat. Ex quibus verbis possumus accipere qd̄ medicina generans sanie est duplex. quedam est generans saniez. quia calorem naturalem in membro multiplicat z ipm̄ conferuat propter caliditatem temperatam z viscositatem suā. Et iste quidez sunt que administrantur in apostematibus cum maturatiōe idigent de quibus facta est mentio multotiens supra in ca: de medicinis maturatiuis. Alia vero est medicina generans sanie. quia disponit humiditatem ad alterationem similem illi que fit in generatione sanie que alteratio est cum putrefactione p̄mixta. z tales medicine administrantur in vlcēribus vel in vlcēribus in quibus indiges sanie generare. z de talibus medicinis hic fit mentio que sunt mollificantes z lenificantes membrum z que sunt humide vinctuose. vnde z tales in omnibus vlcēribus multiplicāt sanie. Deinde cum dicit. ¶ Et qd̄ est de genere pus subtile noiaē virus: z qd̄ est grossum noiaē sordities: z est res spissa coagulata alba: aut ad nigredinem declinans aut sicut fex. ¶ In ista parte in speciali ostēdit causas propter quas contingit sanie generari in vlcēribus que est sanies illaudabilis. z ostendit etiam diuersitates talis sanie illaudabilis. z primo facit hoc. secundo ponit quoddam incidens in quo ostendit diuersum modum curationis penes diuersitatem sanie illaudabilis in vlcere existentis. secunda ibi. (Et virus quidem indiget rē.) ¶ Circa primam partem intelligendum est q̄ Auicēna in his verbis vult ostendere diuersitatem que competit in sanie illaudabili. hec autem diuersitas est ex parte coloris z ex parte substantie. Ex parte coloris quia quedam est alba non habens verag albedinem. quedam autem est nigra. quedam autem est habens colorem fecis. z simili modo intellige de alijs diuersitatibus que possunt fieri ex parte coloris illaudabilis. Ex parte autem substantie est. quia quedam est subtilis valde z ista pp̄rio noie vocatur virus. quedam autē est grossa valde coagulata z spissa valde. z ista pp̄rio nomie

Cum calor ex
transit non
vincit a nat
z humiditate
super fluitate
sed si q̄ cor
ipm̄ humidit
in partibus
pp̄ simbo
tatem mem
z superien
calore natū
albidenti in
p̄ succo
decursum
ner h̄ tur. z
p̄ c. genera
causa, ad
ad iuuans
creetur que
p̄tē disponit
ad corruptionē
alimenti
Duplex enim
dicitur sanie
generantī
quā materiam
altera q̄, lala
p̄ natū ad
auget, quā
m̄ p̄ ap̄tū
p̄ q̄ p̄ p̄
d̄. altera
qua disponit
membrū ad
conuertendū
in mūdificatē
decurrentis
sanie

in vlcērib' q̄ membrū p̄suad
membrū q̄ mudo in vlcērib' u
ano h̄ h̄ vallet

inter virus, et sordes
sanus medium obinet
virus. n. ad
medium tunc
et sordes in
y grossa ex
fit

Sen III.

vocat sordes: sic dicit Avicenna. Ex quibus verbis habet quod sanies que tunc medium iter omnia ista dicitur sanies nomine absoluto. Dicitur autem iter virus et sordes sic hic inuitur ab Avicenna. et ex parte materiei ex parte agētis. Ex parte quod materiei quod sordi subicitur per materia humiditas grossa et viscosa flegmatica. materia autem virus est humiditas calida subtilis. Ex parte autem agētis est differentia. quod ad virus concurrunt multa calitas putredinalis. in sorde autem est diminuta caliditas propter materiam frigidam ex qua causatur. **Advertendum tamen ulterius ne errare contingat quod quando dicitur est quod sanies laudabilis tenet medium iter virus et sordes. non sic est intelligendum quin ibi nulla cadat diversitas. Nam dicitur est in 3o de ingenio sanitatis. quod in quolibet ulcere quantumcumque sit laudabile generantur due superfluitates: quarum una est grossa et altera subtilis. Et propterea dicitur est ibi quod in omni ulcere indigemus medicina exiccante et etiam abstergente. Cum ergo ista duplex superfluitas subiciatur etiam per materiam saniei laudabili manifestum est quod in sanie laudabili adhuc est aliquid subtile et aliquid grossius. sed tamen subtile et grossum quod in ipsa est non proprie dicitur virus nec sordes de quibus hic intelligit Avicenna. quod in viru et sorde supponitur aliquid per materiam cui nodus est domini calidi naturalis. sed omnino est materia extranea ipsi. pro perfecta autem declaratione istorum recurras ad scriptum quem feci super libro de ingenio sanitatis. Deinde cum dicit.**

Et virus quidem non generatur nisi ex subtilitate humorum aquosorum: et ipsorum calido: et sordities generatur ex grossitie humorum. Et virus quidem multiplicatur cum generatione apostematis: et virus eget exiccante: et sordities abstergente.

In parte ista ipse ponit quoddam incidens in quo ostendit diversitatem modi curationis quod debet ulceri ratione virulentie et sordis. quoniam in ulcere ratione virulentie debet vehementer exiccatio ultra illam que debet vulneri unde vulnus. ratione autem sordis debet vehementer abstersio ultra illam que debet vulneri unde vulnus est. Ratio autem que vulneri debetur exiccatio ratione virulentie est. quod virulentia prohibet consolidationem et nascentiam carnis in quantum humiditas cui contraria est exiccatio. sordes autem prohibet consolidationem et nascentiam carnis in quantum adheret et agglutinatur orificiis pororum carnis. huic autem est contraria abstersio: propter quod in ulcere ratione virulentie debet exiccatio. ratione vero sordis abstersio.

Et ulcera sunt apparentia et sunt habentia profunditatem. et vlcus quod profunditatem habet non evacuatur quin aut iam idurata sit caro circumdans ipsum et noiatur fistula et est sicut cana penetrans in membrum: aut non iduratur aliquid et nominatur abscessio et caverna. Et quandoque dicunt quidam abscessionem illud quod elongatus est sub cute et separatur ab ea cutis: et cavernam illud quod inflectitur sub carne et dilatatur in ea. Dicunt quidam: imo dilatatus est caverna et strictum profundum fistula. et non est contrarietas in nominatione. Et quando est durities super vlcus apparens noiatur vlcus ostracinus. Et fistula quidem mala est illa que non sentit: et secundum quantitatem elongationis eius a sensu erit eius malitia. Et de ipsa quedam est equalis et de ea est quedam obliqua.

In parte ista ut dicebat prius ostendit diversitates et differenti-

De vlceribus

tias que in vlceribus contingunt secundum quod diversificat modum curationis eorum. et comparat vlcera in bonitate et malitia secundum illas diversitates. Circa quam partem ut intelligatur intentio Avicenna. intelligendum est quod iste diversitates quas ponit Avicenna. sic declarat Galenus 3o de ingenio. sani. finali capitulo: non sunt proprie dicitur solonis continui unde solo continui est. propterea quod tales diversitates sumuntur ex ratione morborum aliorum cum vulnere accitum quod non sunt proprie soloni continui. vel ratione carum aliquarum humorum raliu cum solone continui sine quantum curatio solo continui curari non potest. Et propterea indicatio curatiua que a talibus sumitur est indicatio que non pertinet ad indicationes curatiuas que sumuntur ab essentia vulneris unde vulnus est vel unde solo continui est. solus enim ille dicitur sunt proprie dicitur solonis continui: unde solo continui est: que sumuntur a propriis accitibus solonis continui unde solo continui est. que non indicat aliud essentiale in curatio ab eo quod solo continui indicat: sed quod dicitur diversitatem indicat in curatio ipsi. tamen diversitas illa essentialis non est sic sunt dicitur sumpte a magnitudine et paruitate solutionis continui et figura ipsi et profunditate. quod scilicet sit profunda et superficialis. et ab equalitate et inequalitate ipsi. Iste enim diversitates aliquo diversificat indicationes solonis continui: sic apparuit supra in capitulo de curatio vulnerum. tamen hec diversificatio non est penes aliud quod debet soloni continui unde solo continui est. id tota hanc diversificatio est solus in modo curationis quod debet soloni continui unde solo continui est. Sed dicitur et diversitates vulnerum que sumuntur ex ratione alteri morbi cum eo vel accitibus alteri sic doloris vel ratione alie cause humoralis. Iste quidem non sunt proprie solonis continui: ab eis sumuntur alia indicatio curatiua que illa que debet soloni continui unde solo continui est. et quod ut hinc est prius in isto tractatu traditur modus curationis solonis continui ratione eorum que proponuntur cum ipsa que prohibet sanationem eius. Idcirco in hoc capitulo ponuntur tales diversitates et dicitur solonis continui. sed in capitulo de curatio vulnerum in quo traditur modus curationis solonis continui ut cum ipsa non alio prohibet eius sanationem coniungitur: posuit dicitur et diversitates que fiunt in vulneribus que sunt proprie dicitur vulneris unde vulnus est sic ibi apparuit. Et est intelligendum quod Avicenna. multas diversitates vlcerum ponat penes talia que proponuntur cum solone continui que indicat aliquid diversius a solo ne continui. tamen omnes tales dicitur et diversitates in genere sic ex his que hinc sunt 3o de ingenio. Galenus. per capitulo: potest reduci ad tres. Nam ea que proponuntur cum vulnere a quibus sumuntur tales diversitates aut sumuntur ab ipsis que sunt sic cause necesse in curatio vulneris et ex corruptioe ipsarum auget vlcus et prohibet sanari. aut sumuntur ab his que proponuntur cum vulnere sine quantum curatio vulneris curari non potest. Aut sumuntur ab his que superueniunt vulneri ratione quantum vulnus dicitur esse piculosum et magnu. unde ex magnitudine et piculositate indicat ibi alia iterio curatiua que illa que appetit vulneri unde vulnus est. Si quidem tales dicitur et diversitates sumuntur a partibus tunc iste videntur sumi ex duobus. sed quod duo videntur currere ut cause immediate ad sanationem vlceris quantum vultus est sic agens et hanc est pro. nam sine ratione laudabili non potest consolidatio que est actio nature fieri. Aliud vero occurrit sic materia. et hanc est ut sanguis sit laudabilis in quantum et in quantum pro quod tales dicitur sumuntur aut ex modo rationis: ut puta: quod cum vlcere coniungatur mala pro vel calida vel frida vel sicca vel quantumcumque sit illa. Aut sumuntur ex dispositione sanguis que venit ad vulnera: ut puta: quod in vlcere defluat sanguis peccatus vel in quantum vel in quantum. Et hanc pro modo dicimus quod vlcera que sunt dura que dicitur cala que dicitur frida et que dicitur mollia etc. sed aut secundum modum dicimus quod vlcera que dicitur sunt munda que dicitur imunda que dicitur virulenta et que dicitur sordida. Si autem tales diversitates et diversitates sumuntur ex his sine quorum curatione vulnus curari non potest. et illa sunt multa sic sunt multa que coniungi possunt cum vlcere sine quorum curatione vlcus curari non potest quorum quedam sunt accitua sicut dicimus isto modo quod vulnerum quedam sunt cum dolore quedam vero priuata dolore etc. Quedam vero sunt egritudines alie sicut dicimus quod vulnerum quedam sunt apostemata et quedam priuata apo-

Sordes a materia
sa et flegmatica
ca. et diminuta
in calor gignit
et virus extr
mi. et putredina
et calor adauit

qq ab sum
vltima gener
etur vltima et sord
dicitur

fallam ostendit
sit vltima
fistula car
dicitur in inten
up callosa co
no circumde
dum aut con
canitas non
induratur
et dicitur cal
lun vlcus pro
fundum dicitur

magnu. et periculosu. ut potest vlcus
in principali membro. aut dicitur
vltima periculosu. et magnu. ut
corpore callo dimittit.

sternate & qdam sunt cōtusiua & qdam nō. & qdam sunt cū
 pustulis malis & qdam nō. & qdam sunt cū qdam causa vī
 ad modū cause humoralis: vt dicimus qd vlcera qdam sūt
 putrida: & qdam virulenta: & qdam corrosiua &c. ¶ Si autē
 tales dñe sumantur ex his rōne quarū vlcera dicunt perī
 culosa & magna. sic hoc est triplr fm qd vuln^o pōt dici ma
 gnū & piculosuz triplr vt apparet q̄rto de igenio sanitatis.
 ¶ Nā aut est piculosuz & molestū rōne nobilitatis mem
 bri in quo fit. & isto mō sumit diuersitas in vlcere^o penes
 membra nobilia in qbus cū accidunt vlcera sunt suspecta
 & timorosa. sicut cū vulnera accidunt in membris neruosis
 aut in siphach aut dyafragmate &c. ¶ Aut vulnus vel vl
 cus est piculosuz rōne magnitudinis eius. & isto mō ponit
 infra qd vlcera rotūda sunt piculosa & peiora alyis. qz quo
 dā modo q̄tuz est ad hoc sunt maiora alyis sicut appz ife
 rius. & sic etiā vlcera q̄to sunt magis pfunda in membro
 tāto sunt peiora. Aut enim vlcus est piculosuz rōne mali
 gnitatis & pessimitatis. Sic isto modo dicimus qdam esse
 vlcera cancerosa. & qdā sunt cū putrefactione & corruptio
 ne membri. & qdā sunt corrosiua & similia: sicut herpes he
 stionicus & similia. Tales ḡ diuersitates vlcere^o hic itēdit
 ponere Auic. s; ipsas Auic. per istum modū ordinate non
 ponit: sed eas itermiscet. Omnes tamē quas ponit possunt
 reduci ad aliquā istarū diuersitatū sicut hec omnia decla
 rata sunt pfecte in scripto quem fecimus sup libro de ige
 nio. ¶ Dis ḡ premisis dicemus qd in ista pte in qua Auic.
 ponit tales diuersitates & differentias vlcere^o Auic. sic p
 cedit. In pma parte tāgit diuersitates que accidunt vel cō
 tingunt in vlcere^o maxime rōne eoz que sunt vt cause
 faciētes ad sanationē eoz sine quoz curatione vlcera cu
 rari non possunt. & etiā rōne eoz qd vlcera faciunt molesta
 & timorosa ex parte pessimitatis & malitie vlcere^o & ex par
 te membri in quo est vlcus. Scōdo ostendit que vlcera pro
 prie sunt suspiciosa & molestiora rōne q̄tutatis eius & preci
 pue in qbus corporibus sunt molestiora. scōda ibi. (Et vlce
 ra qdēz p̄raue curationis sunt rotunda.) ¶ Prima in duas.
 pmo ponit illas diuersitates & differentias. scōdo qz in ponē
 do illas diuersitates & differentias ostēderat que sunt cau
 se ppter quas vlcera p̄hibētur a sanatione ipsoz illas re
 ducit ad ordinē & in summa ostendit que sunt cause in ge
 nere ppter quas vlcera difficilis curationis existunt. scōda
 ibi. (Et cause que cū accidunt corrumpunt vlcera.) ¶ P̄ria
 in duas. Primo premitit illas causas & diuersitates que
 contingunt in vlcere^o. scōdo reddit cām quozūdam acci
 dentium cōtingentiū in vlcere^o penes aliquā illarū di
 uersitatum. scōda ibi. (Et quādo sanant vlcera: deinde re
 ducunt.) ¶ Prima in tres. Primo p̄mittit illas diuersitates
 & differentias. in scōda parte ponit quoddā signuz p̄prium p
 quod cognoscimus quādo in vlcere^o predictis in qbus
 est malitia & corruptio & rectificatio cōuenit. in tertia ostē
 dit in qbus corporibus vlcera sunt bone cōsolidationis &
 in quibus p̄hibetur cōsolidatio ipsoz: sed apta vt in vlce
 ribus eoz cōiungatur aliqua ex predictis causis facien
 tibus vlcera difficilia ad sanādum. scōda ibi. (Et de signis
 bonis.) 3^o ibi. (Et corpora susceptibilia curationis.) p̄ri
 ma in duas. pmo premitit diuersitates & differentias vlce
 rū qd diuersitates & differentie sumunt magis rōne causariū
 a quibus dependet sanatio vlcere^o & que diuersitates su
 muntur etiam ab eis que componunt sine quoz curatiōe
 vlcera curari nō possunt. scōdo ponit diuersitates & differē
 tias in vlcere^o rōne eoz que reddunt ea suspecta & mo
 lesta ppter malitiam eozum vel ppter nobilitatem mem
 bri in quo fiunt. scōda ibi. (Vulnera autēz que accidere fa
 ciunt spasmū.) ¶ Prima in duas. Primo ponit differentias
 & diuersitates vlcere^o. scōdo ponit quedā signa p̄ que docet
 cognoscere vlcera in qbus est malitia & corruptio, & in qui

bus nō est malitia neq; corruptio. scōda ibi. (Et vlcera qui
 dem dura icipiētia.) ¶ Prima in duas. pmo ponit vnū mo
 dum diuersitatis in vlcere^o. scōdo ponit aliuz. Et oēs
 isti modi predicti diuersitatis accipiuntur penes predicta
 que possunt componi cum vlcere^o a quibus p̄hibetur
 sanatio vlcere^o sicut dictum est superius. scōda ibi. (Et vl
 cera qdem diuiduntur.) ¶ Prima in tres. pmo ponit illum
 modū diuersitatis in vlcere^o. scōdo quia in illo modo di
 uersitatis in vlcere^o fm opposita est vlcus qd dicitur si
 stula. & hoc est vlcus pfundum qd peruenit ad membra
 posita in fundo docet distinguere per signa ad qd mēbrū
 positum in pfundo peruenit vlcus. tertio penes cognitio
 nem talis vlcere^o docet certificare quoddam ambiguz.
 scōda ibi. (Et que vadit ad neruum.) tertia ibi. (Et multo
 tiens sunt fistule.) ¶ Prima pars habet plures partes: s; nō
 est hic curandum de diuisione partiū minutaruz dūmo
 do habeantur p̄ncipales intentiones totius capituli. Di
 cit ergo pmo. Et vlcera &c. & nominatur fistula: & est sicut
 canna &c. ¶ Circa hoc verbum est intelligendum qd hoc
 nomen fistula dupliciter accipitur. vno modo cōmuniter
 & large. & isto modo fistula videtur esse quodcūq; vlcus
 difficilis sanationis & consolidationis: ppter qd inuetera
 scit cum antiquatur. Alio modo accipitur fistula p̄prie. &
 isto modo fistula est vlcus difficilis sanationis cum quo
 est caro infiltrata & dura habens concavitatem & pfundi
 tatem in membro ad modum cancri. & has duas significa
 tiones fistule videtur insinuare Albucasis cum diffinit fi
 stulā dicens. Scias qd oē vlc^o aut apā qd iueterascit cū an
 tiq̄tur cū fit vlc^o & nō solidat & emittit pus sp & nō absin
 dit tūc noiat i q̄cūq; mēbro fuerit fistula. Et nos noiam^o
 q̄cherē ipz. Et h̄ dixit q̄tū ad p̄mā acceptionē eius & sub
 dit loq̄ndo de fistula s; p̄paz & strictā acceptionē ei^o. Et fi
 stula qdē s; vitatē ē nodatio infiltrata dura & alba c̄p̄cau
 tas ē sic p̄cauitas p̄ne anseris. & p̄p̄ noiant qdā eā vsa. i.
 p̄nā. & Aliabas loq̄ndo de fistula s; largam acceptionē &
 cōez ei^o dicit. Quicūq; vlc^o trāsit. xl. diē & nō sanat fit fistula.
 Et q̄nq; dicūt qdā. ponit itētione q̄rūdā. s. medicoz vete
 rū circa significatiōez p̄dcōz noiaz q̄ itētio reuertit i eodē
 cū illa quā dixit v̄l dixerat. Et iō subdit qd nō ē h̄ietas i
 hac noiatōe. Et q̄n ē durities sup vlc^o apparēs. i. māifesta
 tur in p̄tib^o circūstātib^o eē in ipso vlcere noiat vlc^o ostrā
 chinū. & d̄r ab ostraca qd ē cōcula marina. vñ q̄n in tali vl
 cere ē durities mlta sic i ostraco: idcirco tale vlc^o d̄r ostrā
 chinū. Et fistula qdē mala ē q̄ nō sentit p̄pterea qz signifi
 cat eē scā corruptio & mortificatio in carne. Et de illa qdā
 ē eq̄lis. i. recta icidēs i carnē s; lōgū &c. Deinde cū dicit.
 ¶ Et que vadit ad neruū dolet vehementer &
 proprie quando tangit eius inferius cum ten
 ra: & fortasse difficilis fit opatio illi^o membri &
 est humiditas subtilis tenuis sicut fit ad illa que
 puenit ad os. & quādo puenit ad ligamētum ē
 illud quod currit p̄pinquuz illis. Veruz dolor
 i ossuosa & ligamētali fortasse nō magnificatur
 & humiditas que vadit ad os est subtilior & de
 cliuioz ad citrinitatē: & ex pueniēte ad venas &
 arterias multotiens egreditur fex. & q̄nq; si fu
 erit tendēs ad venaz sanguis plurimus & ad ar
 teriaz sanguis subalbidus cū fluxu sanguinis &
 processioē: & ex ea que peruenit ad carnem cur
 rit humiditas viscosa grossa turbida cruda.
 ¶ In parte ista qz fistula est vlcus pueniens ad pfundum
 docet distinguere ad qd mēbrū pfunduz positū puenit

hoc vlcus. docet distiguere maxime ex modo humiditas que egrediuntur ex vlcere ozificio. Nam quado pfunditas fistule solū est in carne tunc ex ozificio vlcere egreditur humiditas viscosa grossa turbulenta. quado vero ad venas puenit egreditur humiditas qdam ad modū seris. et qnq; egreditur sanguis habēs colorē purpureuz. s; ex illa que puenit ad artariam egreditur sanguis subalbidus vltendēs ad quādam flauētatē cū quādam impulsione et saltu. Ex illa at que puenit ad ossa et ligamēta et neruos egreditur humiditas subtilis et tenuis. Sed hec est differētia. qz quado puenit ad neruos tunc est euz vebemēti dolore et precipue quado tangitur intrinsecū eius aut euz ferrō aut cū tenta itus in tali vlcere. membrū autem pibetur a motu. aut nocumēta h; in operatione motiua precipue si neruus ad quē puenit ozificium fistule sit ex neruis motiuis: s; in illa que puenit ad ossa et ligamēta nō est dolor. Distātia aut iter illam que puenit ad ossa et que puenit ad ligamēta est: qz ab illa que puenit ad ossa egreditur humiditas magis tenuis q̄ illa que puenit ad ligamēta et magis tendens ad citrinitatem q̄ sit illa que puenit ex illa que puenit ad ligamēta. et hec est iterio Auic.

Sed aliquis dubitabit ^{(in hoc.} qz ipse ponit q̄ ex fistula pueniēte ad neruos et ossa et ligamēta egreditur humiditas magis tenuis q̄ ex illa que puenit soluz ad carnem. Nam istud videt falsum. qz humiditas que egreditur ex vlcere videt magis generari ex supfluitate nutrimenti illius particule vel pportioniati ei. aut generatur ex nutrimento quod nō pōt cōverti in illa particula. nunc aut nutrimentū et supfluitas nutrimenti ossium et ligamentoz et neruozum sunt viscosa et viscosiora. et grossiora quam carnis et. Et per similem rōnem videtur falsuz esse quod ex fistula pueniente ad os egrediatur humiditas tenuior q̄ ex illa que puenit ad ligamēta. qm nutrimentum et supfluitas nutrimenti ossis viscosior et grossior est q̄ sit ligamēti et. ¶. falsum dicere videtur cū dicit q̄ in illa que vadit ad neruum precipitur vebemēs dolor et precipue si tāgatur eius iterio cum tenta. Nam videtur q̄ quado fit tactus partis iterio q̄ tunc minor aut nullus fit dolor. qz neruus ponitur esse organū tactus. Nūc aut philosophus vult q̄ sensibile positum supra sensum nō causat sensum. Sicut res visibilis supra oculū nō videt. et etiam si tangibile puenit interius ad neruum non deb; sentiri. et per p̄ns nec dolozē facere nedū q̄ augeat. ¶. Solo et p. ad primū dōm: sicut dicit Auic. quod quado fistula puenit ad carnem solam egreditur humiditas grossa et viscosa. min⁹ autem grossa et tenuior quado puenit ad neruū. tenuior autem quado puenit ad ligamēta. et adhuc tenuior quado puenit ad ossa. Et causa huius est multiplex. Nam humiditas que multiplicat et resudat ab vlcere. aut ipa puenit aliunde ad vlcus. et tunc venit per porositatē mēbri in quo est vlcus. A membris ergo que poros habent latiores pōt ex poris eius resudare ad vlcus humiditas grossa et subtilis. s; a membris que habent poros depressos et strictos. id nō potest resudare ex poris ad vlcus nisi id qd̄ subtile est et virulentū. et quato h; poros strictiores tanto id quod resudat ex poris eius ad vlcus est subtilius et tenuius. et per p̄ns illud quod egreditur ex vlcere est subtilius et tenuius. qz caro h; poros latiores et est substantie laxioris et rarioris: ideo humiditas que puenit ad vlcus eius potest grossior resudare. Ex vlcere aut que pueniūt ad membra depressa et solida. qz ex poris eoz ad ozificium vlcere nō resudat nisi id quod est tenue et subtile. idcirco ex talibus vlcere egreditur solū aliquid subtile et virulentū. et p̄pterea qz os est depressioris substantie q̄ ligamētum et ligamentuz q̄ neruus et neruus q̄ caro. idcirco ex fistula q̄ ad

os puenit egreditur humiditas subtilior. Deinde ex illa que puenit ad ligaturaz. Deinde ex illa que puenit ad neruos. Adiuuat aut ad hanc cām predictus modus dispositionis vlcere qd̄ est fistula. qz fistula: vt dictuz est. est vlcus in quo est caro ifiltrata dura. et p̄pterea in vlcere fistuloso q̄tum ad partes circumstantes eius est durities multa ita q̄ ex partibus eius circumstantibus nil resudat etiaz p̄pterea duritiem nisi aliquid tenue et subtile. Et quato membrum ad quod cōtinuatur est durius tanto erit tenuius id qd̄ poterit resudare. s; ista durities terminet ad membrū sube laxo et rare sube puta ad carnem tunc ex tali vlcere licet rōne loci et partiu circumstantiu eius nō egrediatur nisi humiditas tenuis et subtilis tamē rōne fundi ei⁹ ex quo pōt resudare humiditas grossa et turbulēta et viscosa. Egreditur humiditas grossa viscosa et turbulēta. et p̄pterea qm ozificiuz fistule puenit ad carnē soluz tūc ex fundo vlcere egreditur talis humiditas grossa. S; quado puenit ad membra depressa egreditur humiditas tenuis et subtilis et magis tenuis quato membrū ad quod puenit est depressius sicut os. Aut ista humiditas in vlcere multiplicat p̄pterea defectū partis digerentis nutrimentuz et supfluitatē nutrimenti quod puenit ad mēbri. et tunc quato est maior defectus pris tāto humiditas remanet magis tenuis q̄tum est ex se. qz minus similitur membro quod h; substantiam grossam. Nūc aut quado vlcus puenit ad os neruos et ligamēta puenit ad membrū cuius virtus est debilis fm nām p̄pterea friditatem et ploniam p̄pterea qd̄ in egritudine plus deficit in eis virtus q̄ in membris carnosis. vnde humiditas ad ipm pueniēs que mutari nō pōt q̄ nullā alterationē recipit vñ egreditur sanies. s; in membris carnosis: qz nō sic in eis est virt⁹ hec debilitata. Talis humiditas licz nō possit cōverti in carnē tamē aliquē modū retinet alterationis p̄pterea quē aliquā igrossationē retinet. vñ egreditur hec humiditas grossior. et qz q̄to mēbri est dur⁹ et depressius tāto hec vlt⁹ est in eo debilior: sic est in ossibus. Idcirco etingit q̄ q̄to vlcus puenit ad membrū depressius tāto humiditas ex ozificio vlcere subtilior et tenuior egreditur. Coadiuuat aut p̄cipue ad vtrāq; istarū carū qz in vlcere fistuloso cū vlcus fistulosuz sic dictū est sit vlcus in quo sit infiltratio dura humiditas q̄ est grossa et terrestria retinet inuiscata in carne. et id tenue et subtile soluz egreditur. et p̄pterea q̄to in hoc vlcere est maior durities et magis occupat durities in pfundo. tāto magis est signuz q̄ retinet mā terrestria et grossa i carne: et solū id qd̄ tenue est egreditur. Nūc aut qm vlcus hoc puenit ad ossa pfundiorē h; duritiē et maiorē. Deinde qm puenit ad ligamēta. Deinde quado puenit ad neruos. minorē aut qm solū fundus ei⁹ terminat in carnē p̄pterea qd̄ hūiditas q̄ egreditur ex vlcere tenuior egreditur qm ad os puenit. Deinde qm ad ligamēta. Deinde qm ad neruos. grossior at pōt egredi qm solū puenit ad carnē. Dixit at q̄ qm puenit ad os q̄ hūiditas egreditur declinior ad citrinitatē. Et rō est p̄pterea: qz vt dcm̄ ē. Quato puenit ad mēbri depressius tāto ē apti⁹ egredi id qd̄ de hūiditate ē subtile. nūc aut id qd̄ in hūiditate ē subtile ē id qd̄ coloricū ē vel qd̄ pportioniat colore. q̄re cū tale declinet ad citrinitatē. idcirco ex tali fistula id qd̄ egreditur est subtile declinior ad citrinitatē. S; ex illa q̄ puenit solū ad carnē egreditur hūiditas grossa p̄pterea cāz dictā: est et viscosa qz ē grossior vel et ē viscosa qz talis hūiditas nō ē digesta: cū h; vlc⁹ nō sit laudabile. Est et turbida. i. hñs obscuritatē q̄daz. tūc qz hec hūiditas nō ē pfecte digesta. tūc et ex tali vlcere p̄pterea egredi hūiditas ois mōi q̄ p̄mixta ex diuersis hūiditatibus h; colorē turbidū. Ex his hō diligētē hñs itell⁹ poterit solvere p̄mā dubitatōez et eius argumentū. ¶. Ad scdm̄ dōm est q̄ in illa que ad necium puenit est vebemēs dolor. Et rō hui⁹ est p̄pterea qz pus tūc puenit ad sensibile

membroz. q̄to autem pus est in membro sensibiliōi tāto dolor plus augmentatur. Et ideo Galie. in tegni ponit q̄ punctura in neruo p̄pter plm̄ dolorem: qui tunc sequitur est parata aduocare spasmus. Augetur autem dolor in B p̄p̄ie si tangantur eius interius contenta: vt dicit Auic. Et ratio est. qz bec est regula generalis: sicut apparet in libro de accidenti z morbo. q̄ in motu augetur passio in mēbro magis q̄ in quiete p̄pterea: qz in motu fit inouatio passionis. Iterū videmus multotiens aliquaz mām quietē in membro non facere passionem in ipso membro. Sed cū mouet per ipm̄ ingerit passionē z dolorem in eo. Et p̄pterea qz ex tacto talis vlcereis p̄m̄ partē iteriorē accidit q̄ in parte neruosa passio augetur. hinc est q̄ tunc dolor augetur. z q̄to ista pars neruosa est sensibiliōi tanto in tali vlcere quādo tangitur eius īferius cōtenta fit maior dolor q̄ in vlcere alio. Intellige autē totum hoc quod dicit Auicē. esse verum supposito q̄ in tali vlcere nō accidat in neruo corruptio z putrefactio. tunc enim qz sensus destruitur z dolor in tali nō percipitur. Argumentū autē qz quia vt dicit paladinus: p̄ma pars prudentie est ad quam locuturus es cōsiderare personaz cum istud scriptum fiat pro illis qui nō tante p̄scrutationi alte adherent sicut exigeret solutio argumenti. idcirco hic soluere nō curamus. Dixit autē Auic. vltorius q̄ ex fistula que ad venaz peruenit egreditur humiditas sicut sex. z hoc ē p̄pterea: quia ex orificijs venarū sanguis resudans etiā cōtensus in venis permixtus cum humiditate vlcereis assimilatur eaz quā si feci. Si autem cōtingat q̄ sic perueniat q̄ vlcus scindatur vel corrodatur tunc egreditur sanguis in forma sanguis a venis. Et si q̄dez sit sanguis venalis tūc sanguis est purpureus obscurus. Si autē arterialis tūc est clarus q̄si subalbidus z egreditur cū ipulsione z saltu. Deinde cū dicit.

Et multoties sūt fistule orificia plima cui⁹ eē ambigūt z nō scit an sit fistula vna. z multoties effundit in q̄dāz orificioz ei⁹ humiditas b̄n̄s ticturā. z tūc si fuerit fistula vna egreditur ex orificijs alijs color vnus qui est fistule. s. diuersus albus z tenebrosus z alius.

In ista parte quia multotiens in vlcere fistuloso est ambiguitas: vt puta quādo sunt plura orificia in membro ambigitur an sit tantuz vnum vlcus fistulosum in membro vel plura docet per quādas experiētiam. hoc certificare z distinguere. z p̄z qd̄ dicit. Deinde cū dicit.

Et vlcera qd̄ diuidūtur in sp̄bz diuisionū. z dicit q̄ vlcereis quedaz sūt q̄ sunt dolorosa. z quedaz sunt quesūt priuata dolore: z quedaz sūt apostemosa: z quedā sunt priuata apostemate: z quedam sunt munda: z quedā sunt imunda: z imunda quidem p̄pterea q̄ in eis superfluit humor plurimus z humiditas copiosa quibus non sint mala. Et de eis sunt sordida: z de eis sunt miorata: z de vlcereis sunt putrida. Et de reb⁹ magis nociuis eis sunt meridies z humiditas aeris cum caliditate ipsius. Et de eis sunt corrosiua z de eis sunt ambulatiua: z de eis sunt mollia aut dura aut frigida aut cala. z mollia sunt de vlcereis facientibus cadere pilos ab eo quod sequitur ea. Et sunt quandoqz de vlcereis quedam resudantia ex quibus resudat virus citrinum calidum. Et fortasse est ca-

lidum comburens quod est in circuitu eius z est malum mortificans. z de eis sunt difficilis consolidationis.

